

ut S. Be-  
nedic. &c.

Hoc Erebum subiit moriens per chasma Minister,  
Secum, ibi quo caleat, vulsit & ille focum.  
Discite ab hoc vno, quod vos aliosq; Ministri  
Vangelici rapitis: quo ruit ante Dathan.  
Nullus adhuc yestrum tolli super aetheravisus;  
Ceu Romana aliquos tollere visa Fides.  
Cæci alijs aperitis iter sub Tartara ducens.  
Hæresis indubium perditionis iter.  
Si sapis, Hæreticum, mea Suecia, discute virus:  
Sit tibi prisca fides hac nouitate prior.  
Prisca fides potior: quam Prussia Varmica seruat,  
Varmica ter felix, libera labe pari;  
Labe pari Hæresecos, loca quæ confinia fœdat:  
Hæc sequitur proauos relligione graues.  
Soluere & ignaros iejunia sancta labore,  
Ignaros lutes & violare sacras.  
Quinti Euangelij est quoscunq; perosa Ministros,  
Qui, dolor ah, animas Ditis ad ima trahunt.  
Hoc secura bonum, lue libera Varmia debes  
Præsidibusq; pijs præsulibusq; tuis.  
Hoc debes Diuis Diuūmq; ante omnia Regi.  
Qui te miraclis prodigijsque monent.  
Et miracla meam patriam stimulantq; monentque,  
Sed chalybe: illa gerit pectora dura magis.  
Pectora dura tuo, pie C H R I S T E, cruore remolli,  
Rege S I G I S M V N D O cuncta secunda fluant.

L A V S D E O.  
Sanctos suos mirificanti.

Psal.4:

20

E P I C E D I A

I N O B I T V M  
I N G E N V I A D O L E-  
S C E N T I S T H O M A E S C H M I D I  
A S T V D I O S I S C O L L E G I I  
B R V N S B E R G E N S I S S O-  
C I E T A T I S J E S V .

Conscripta.

B R V N S B E R G A E ,  
E X C V D E B A T I O A N N E S  
S A X O : M . D . X C

ANDREÆ REMBOVII.

**E**heu fugaces & nimium breues  
Præsentis aui terrigenum dies:  
Labuntur anni sicut unda  
Ad caput haud redditura fontis.

Labuntur anni haud tardigrado pede,  
Vanescit auras intenues decus  
Nostrum, & velut sensus opaca,  
Credite, noctis imago ludens

Aut herba verno rore velut nono  
Stat mane ridens, exsaturata: mox  
Medio sub astu languet, atq;  
Vespere humi iacet arefacta.

Eheu fugaces ceu nebula dies.  
Quæ bullæ nobis vanior est leuis?  
Quæq; fugiens crepusculum umbra?  
Longior his nihilo ipsa vita.

A 2 O Spes

O Spes inanes votaq; inania,  
Vix orta casu præcipiti ruunt,  
Portumq; quam à longè quietum  
Aspiciant, prius obruuntur.

O Ille fælix multiplici modo,  
Summo parenti proximus illeq; est,  
Mortalium qui vanitate  
Est procul, ad patriamq; anhelat.

### CHRISTOPHORI BANKOWSKI

**B**Xiles & procul à patria, convertito  
mentem  
Ad cælum, exilioq; tun solatia quærc  
Namq; voluptates, & opes, & gloria mundi,  
Tam citò differeunt, vacuaq; feruntur in  
auras,  
Quam citò ad ima ruit succisa securibus arbos:  
Pressa vel agricola manibus cœu mollis arista.  
Exul es, haud pigrat quacunq; vocaberis hora  
Judicis

Judicis imperio summi rerumq; Monarchæ,  
Ad dulces patriæ fines sedesq; renerti.  
Tantane despicies infelix arcta colonæ?  
Exul es, inque casis habitas quas obruet ænum  
Tam breue, tam miserū, tam inconstans, mobile  
semper,  
Sed tu momentum nescis quo tanta procella  
Inuadet luteam molem, terraq; iacenti  
Æquabit: solus tale arcum arbiter orbis  
Nouit: tu segnem capies per membra quietem?  
Et tu desidia & somno torpebis inertis?  
Mortalis cùm sis, audes adamantina ferre  
Pectora, & extremum speras euadere fatum?

### IOANNIS GISSÆI.

**I**Thoma gaudens, & celsa despice  
mente  
Æquora, quæ ventis irrequieta  
tument.

A 3 M:ta

Meta tibi iam fixa manet, te portus ab undis  
Accipit, aeterno littore claudis iter.  
Cernis quam deceat multum confidere mundo,  
Hospita qui nobis tecta larēsq; negat.  
Perfidus hospitio quod si nos suscipit, inde  
Præcipiti pulsos cogit abire pede.  
Ergo omnes liquida veluti dilabimur undæ.  
Hac homines miseri conditione sati.

## E I V S D E M.

**V**id ploras genitor & genitrix heu siste  
querelas,  
Germana cruciet ne pia corda dolor.  
Mortuus antè fui, nunc demum viuere cœpi,  
Miraris? mors est viuere crede aut.  
Frustra parca ferox me nunc cecidisse triumphat,  
Corpus habet, sed mens it fruitura Deo  
Sum superis iunctus, Christus me more parentis  
Inq; sinu genitrix Virgo Maria souet.  
Non me, sed vestros potius deflete labores;  
Fœlices, magnum credite flere nefas.

LVCAE

## LVCAE RUSKOWSKI.

**T**homa, quare vitales deseris auras,  
Nosq; tuo mœstos abscessu, & funere  
tristes  
effici? Omnipotens genitor, qui praesidet orbi,  
ista res omnes humanas lege gubernat:  
Ne stabilem cursum teneant, ne uiuere semper  
Possint, sed facili norint occumbere leto.  
O Thoma, viridis lumenq; decusq; iuventæ,  
Cur non optasti traducere longius æcum  
Ætatis passus mortem decerpere flores  
Ipse tuae hesterna siquidem lux crastina peior  
Esse solet, moresq; hominum mutantur in horas,  
In mala prolabi potui, sed gaudeo cernens  
Me erexit lapsu vario, citiusq; vocatum.  
Sed rogo, cur non magna licet, tibi prospera mudi  
Arrisere unquam, nec res splendore coruscet  
Ceperunt animum: in rebus nihil esse caducis  
Magnum affirmo, etenim cernuntur vitrea  
cuncta:

Dum

Dum splendorc nitent hominum retinentq; fa-  
uorem  
Franguntur: Fortuna rotat mortalia corda.  
Hac ego mature præudi mente sagaci,  
Ociusq; volui superum regione potiri.

## IOANNIS PAWLOWSKI.

**H**eu nimium præcps in caca cubilia  
terra.  
(Unde gradum potis est nemo re-  
ferre) ruis.  
Pert&iusne adeo mortalis lucisq; aurea  
Æternos sequeris clara per astra dies?  
Ante caro sensum meditante multa granabat,  
Nunc posito facilis corpore sensus erit.  
Ante legens oculis cœli aurea tecta, gemebas,  
Nunc ridens, cœli numina sancta stupes  
Ante leues guttas sitienti fauce vocabas,  
Nunc Sophia pleno flumine dona bibis.

Ante

Ante, sed humana, mortalem voce sonabas,  
Nunc te immortalem terra polusq; canit.  
Fælices adeò quos inuolata iuuentus,  
Virtusq; ex humili tollit in alta solo.

## ANDREÆ OSSOWSKI.

**V**id speras frustra longua tempora  
vita?  
**Q**uic平t lapsu mors inopina ruit.  
Quid luxum sequeris, quid Bacchi  
pocula siccas  
Mors humeris instat si uiolenta tuis?  
Quid titulos audiè queris summusq; videris?  
Æquabunt summos ultima fata viros.  
Quid tanto studio flauum tibi congeris aurum?  
Hoc superare nigrum non Acheronta potes.  
Quid tyrio pictas conqueris murice vestes,  
Si quondam vilis pannus amictus erit?  
Quid pario edificas excelsa palatia saxo  
Si cœcum putris terra cubile dabit?

B

Visnè

Visne modum prorsus tantis imponere rebus?  
Esto memor lethi, ac indicis aetherei.

## ANDREÆ VNGERI.

**N**Ita dum molles vegetaret artus,  
Schmidte, florebas roseo decore  
Oris ac vultus, mage sed pudica  
Mente nitebas.

Lethifer posthac Boreas iuuentam  
Sustulit morbo, **E** grauibus procellis:  
Vera sed mentis violata nullo est  
Gloria letho.

Sic metu **E** luctu socios molesto  
Liberas, rerum sator atq; rector  
Dum te ad aternas superasq; cœli  
Euocat arces.

Flud aet semper memori feremus

Corde,

Corde, quod mortis gelida, nec illis  
Qui hibunt fontes Clarios & undas,  
Fulmina parcunt.

Quos iuuat docti penetrare Phæbi  
Visere, hos noctisq; diésq; cura hac  
Tangat, ut vincat pietas diserta  
**C**astra Minerua.

Sola nam virtus superas ad oras  
Dicit; at phæbus stygias ad undas,  
Trudit infælix, pietate ab omni  
**N**udus inopsq;

## MATHIÆ MONTANI.

**V**anta per Oceanum Boreæ truculen-  
tia sœuit:  
Aut puppes quantis montibus un-  
da quatit:  
Vapulat heu tantis hominū miseranda procellis  
Vita, nec est sortis mitior aura sua.

B 2

Si

Si tremulum Læthi exanimat vicinia nautam:  
Si tumido terrent abdita saxa mari:  
Terret utrumq; homines; siquidem hinc fera fa-  
ta minantur;  
Hinc cœcas opibus fur struit insidias  
Anchora in æquoreo iacit tur tremebunda tumultu  
Figitur ambiguis spes quoq; nostra bonis.  
Carbasa rumpuntur; rumpuntur vela favorum.  
Unda nec illa redit; lapsa nec hora redit.  
Dissipat ut grandes tempestas horrida puppes;  
Nostra ita febribi soluitur igne caro;  
Hæc sunt cum nauis nostræ communia vita.  
At naues sola littora lata petunt.  
Horrida nos gelida pavitamus littora mortis,  
Sit licet integris mors quoq; lata viris.  
Schmidte procelloso latus potes orbe volare.  
Astra tibi, nauis; numina portus erunt.

GEOR-

## GEORGII DAMBROWSKI.

**N**Estis, & aris egentem Irum, sopor al-  
tus habebat.  
( Aere quies orbos, nam leuat  
alta viros.)  
Aduolat actutum Lethæa caterua Dearum,  
Illiis, & somni fascinat arte, caput.  
Aurea, iam se habitare palatia credit, & auri  
Fœlicem fluijs exuperare Midam.  
More supercilium regali attollit, & ora  
Gemmata stringens Regia sceptræ manus.  
Aere graue dextræ vix tollit, & ossa Smaragdis  
Circumquaq; iubet luce praire polum.  
A fronte, à tergo, comitante cohorte superbit:  
Quattuor in niueis euolat acer equis,  
Euigilat: nec equos, nec opes, famulosq; tuetur,  
Fascibus & nudas deflet ab ære manus.  
Ludimur heu vita mendacis honoribus omnes,  
Spe magna capit, rebus inane caput.  
Quid de te dicam iuuenum acceptissime Thoma?  
Quo te ponebant verba paterna gradu?

B 3

Nunc

Nunc caput illustris prædicebare Senatus,  
Hoc dixit, stabunt Martia castra duce.  
Nunc te Pontificum meritum rebatur honores,  
Et per te patrium nomen ad astra vehi,  
Ach nec Præsul eris, nec militis arma videbis,  
Quam bene cum somno Nomina vita tenet?

## MATHIAE SAMOTVLII.

**B**xul in abiectis miseranda vagatur  
arenis  
Gens hominum, & mundi plorat  
in exilio.  
Carnifex rapido discurrunt igne minaces;  
Ora quibus fœdo sanguine tincta madent.  
Unidant nomen, durus labor; alter acerbus  
Dicitur esse, dolor: parca secura vigil.  
His inter vincos alternis iclibus urgunt.  
Si parca tardant, curua senecta venit;  
Nec mora, nec requies, semper vel fulmina terrēt;  
Grandinis aut gelidi flumina densa cadunt.  
Hic

Hic rigido aut semper soluuntur frigore membra,  
Aut rapido miserum corpus ab igne perit.  
Felix ille hominū, superumq; propinquus honori,  
Qui credit ad patriam, hoc liber ab exilio.

## ANDREÆ KNVT.

**N**sequitur canibus mors prædam ad-  
nixa duobus,  
Hinc niueus; niger hinc; ales  
uterq; pede.  
Nulla potest vitam cursu defendere tygris.  
Cœca nec horribiles lustra tuentur apros.  
Nos sumus hei miseri fatorum præda: diebus  
Noctibus, ad mortis trudimur insidias.  
Membra cupis morbo cruciata sopore leuare?  
Mors somno summum iungit acerba suum;  
Ad Vitam properans à vita, vita recurrit;  
Se vita spacijs deuorat ipsa suis.

SAMV.

## SAMVELIS TREBNICII.



Vas fabricat, latè ruiturus araneus arcis  
Qua circum neclit mœnia, tela leuis.  
Est hominum typus & pereuntis  
imago iumenta.  
Quæ quamvis iactat præualida ossa, cadit.  
Ille leues, præda, sitiens euiscerat artus,  
Deq; suo muscis ventre, sepulchra parat.  
Calce, sed imprudens præda & prædator ab imo  
Collis, quoties sanguine fœdat humum?  
Quidquid ab ense mali, quidquid trepidatur ab  
igne  
Quæne sub æquoreis monstrat timentur aquis.  
Mortales tolerare animis gaudentibus ardent,  
Et sua, fraude sua, perdere membra iuuat.  
Sit modo ab aurato domus illustrata tapeſti  
Sit qui suppliciter procidat ante pedes.  
Assyria cumulentur opes, urantur odores  
Quas dat odorifero ſtipite Eous Arabs.

Heu

Heu hominum vita mens improuisa caduca,  
Mercuris vitem per mala lucra necē.  
Rectius at Thoma vitam sine merce relinquis.  
Pro rutili vita non pereunte poli.

## IACOBI MOLLERI.

Vicit magne Deus, quia tam misera-  
bile lathum  
Maxima de vita sustulit ingenia?  
Morbus alumna fames celebrem consumpsit  
Homerum  
Thracius Euripidem dicitur esse canis.  
Inter vincla babit Socrates aconita cicutis  
Mixta, vir ach alio dignior ille Scypho  
Comicus in liquido submergitur amne Menader,  
Æschilus à grandi fornice pressus obit.  
Quis fuit ille, homines media qui luce flagranti  
Quæfuit primus lampade? pisce perit  
Quid stupeas calida extinctu Pleuritide Thomæ?  
Sic Magnum è vita tollitur ingenium.

C

THO-

## THOMÆ STEMPOWII.

**M**Ortem quæ faciunt amœniorem  
Cœlo debite Christiane, sunt hæc.  
Obiectum ingulum Dei pro amore  
Christi culta fides; caputq; prouum  
Nutus Pontificis sequi supremi;  
Sanctorumq; cohors poli virorum  
Semper supplicibus vocata votis,  
Princeps ante alios M A R I A virgo.  
Cor deinceps bene pœnitens malorum  
Et mensis nihians tuis I E S U.  
Non sub pelle lupus latens ouina  
Non iniuria, non grauis cuiquam  
Mens, & cum socio & quieta secum  
Pectus virginæ tenax pudoris.  
Vino mensa vacans, cubile plumis.  
Non æris cupida manus, nec auri  
Non vestis peregrina: non Smaragdo  
Scintillans digitus, grauisq; ceruix  
Auro Simplicitas sed alta vitans

Catus

Cetus limina fastuosioris.  
Hæc sunt qua faciunt amœniorem  
Cœlo debite Christiane, mortem.

## STANISLAI VDRZYCKI.

**M**bra viatorum calidos refrigerat  
artus:  
**U**mbra viatorum est sole fla-  
grante comes.  
Umbrosis agitant ciues conuinia tectis;  
Fessaq; in umbrosis membra leuantur agris.  
Mors trepidis cur nō mortalibus umbravocetur,  
Utraq; blanditur si ratione pari?  
Mors comes est vita, & vita melioris origo.  
Mors placido sopit blanda sopore caput.  
Mors facit ut superum possis accumbere mensa.  
Mors membra assiduo pressa labore, leuat.  
Aut amēs erit, aut infans vag a quē fugat umbra  
Impius, aut fidei perfidus hostis erit;  
Qui negat esse mori faustum; sed amantibus & qui;  
Osores & qui tristia fata manent.

A 2

IOAN.

## IOANNIS LOKA.

**H**eu quām rapido contunditur impetu  
florens  
Vita hominum: vita vix datur  
hora mea.  
Pulcher ephæbus eram, vernanti floridus aeo;  
Fulgit luminibus gratia rara meis.  
Nil species, nil lingua mihi, nil profuit artas.  
Dotibus heu nullis flectere fata datur.  
¶ nunc & validas iactato in corpore vires  
¶ roseum nitido prædica in orbe decus.

## GEORGII CZEZWINSKI.

**C**on aium, non officium, mors præterit  
ullum;  
Munia, parsq; aui, nulla timo-  
re vacat  
Ciubus & quantur tumidi per funera Reges;  
Discipuloq; pari sorte magister obit.

Can-

Canitiem expectas frustra; rugamq; senilem.  
Prima iuuentutis tempora, fata legunt.  
Gratior ut præcox maturis fructibus, arbos:  
Sic qua flore cadit prima iuuenta, placet  
Discite mortales fortuna, ætate, superbi  
Omnes naturæ legibus esse pares.

## SAMVELIS GRABOWIECKI.

  
Vid ferrum, quidequos pubes te-  
meraria poscit,  
Si rapit impubem mors intempe-  
sta iuuentam?  
Quid capiti plumas auium, pedi-  
busq; cothurnos  
Querit, & Attalicas gracili pro corpore vestes?  
Si decus omne putri speciesq; reconditur urna.  
Quidq; superbificas studium transfertur in aulas  
Tam breue, tam infidum nobis cùm viuitur aui  
Tecta quid erigitis turritaq; mœnia ciues?  
Vincere stat nulli tutum: trux Turca pepercit  
Parcere Parca ignara: ferit penetrabile fatum.

C 3

Quari-

Queritis absentem sulcata per aquora mortem,  
Pascitis exanguem, mensa per aromata, Clotho.  
Funera vina, parant, Bacchū quid pascitis agri?  
Mortua præcipites peperere cibaria mortes.  
Ebria, mors stringens falcem inter pocula currit:  
Et quo mella vitro fera fata propinat eodem.  
Quid tumidi solio reges attollitis ora?  
Imperium si meta manet, cineresq; coronam?  
Molle satellitio pauidam latus undiq; turbam  
Quid tanto terret comitem scrobs si negat vnū?  
Horrida regales tueantur ut agmina postes,  
Maiestas non tuta tamen seram horreat horam.  
At si viua adeo pauet & moritura potestas,  
Cur tenuem fugimus sortem populareq; nomen?  
Quam bene Schmid the Poëta doces mortalia filo  
Dependere leui: & florum mage firma caducis  
Corporibus folia & fumi pereuntis ad instar  
Formam hominum: illustris quando tua forma  
vigorq;  
Et iuvenile decus morbo disparuit atro.

CHRI-

CHRISTOPHORI SZAMOWSKI.

Vox cœlo receptorum.

Oenus auare stupe; augusto migrani-  
mus orbe,

Et gemino nobis panditur axe  
polus.

Fœnus auare stupe: cariosa excessimus urbe,  
Nunc, qua tempus edax non terit astra, patent.

Fœnus auare stupe; nitido ære auroq; caremus;  
Sed solidas superum in numine habemus opes.

Spreuimus infausti sacra connubialia lecti,  
Ingredimur thalamos CHRISTE sed  
alme tuos.

Deserimus misera miseris in sorte parentes;  
Prendimis ætherei colla beata patris.

QVÆRITE MORTALES ALIAM  
SVPER ÆTHERA, VITAM,  
Orbem urbemq;, aliam: gaudia, & era,  
patrem.

PAVLI

**PAVLI FORRO  
TRANSYLVANI.**

*DISTICHON, QVO ANNVS,  
migrationis ex hac vita, eiusdem optima spei  
adolescentis continetur qui est,*

**CIC CI XC.**

*oLe CaDente CaDI, ChrIstI, tIBI  
bVCCIna rVrI V<sup>s</sup>  
RestItVet V Ita prIstIna pensa,  
tV&.*

*PRIORE SEQVENTI VERSV  
dies obitus, qui fuit 24. Ian. posteriore vero,  
hora 7. pomeridiana designatur*

*OrIs VenVtas gratIaqVe nostrI fVgIt  
PerItqVe Instar rosa.*

**FINIS.**

*LINNAEUS*

Uppsala  
Univ.-Bibl.  
Cronst. Saml.

4.34

74

Brown.  
4.34

4.11



34

CARMINA  
LAT. ET GRÆCA  
SVECORUM

